



# **Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1859**

VII. Dieselben bekunden ihren Beitritt in besonderer Beziehung auf die rittermäßigen Eingesessenen der Vogtei Arneburg und die Stadt Werben, am 21. Dezember 1321.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54934](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54934)

antiquo preconfervata, volens manu et Intendens semper judicare violenta, videlicet Rapinis, Incendiis, Captiuitatibus siue etiam aliis violenciis quibuscumque, debet esse proscriptus in cunctis Territoriis iam quam sepius prenarratis, Ita quod ad compositionem uel gratiam non debeat Recipi, nisi fiat cum consensu prefixarum Ciuitatum necnon Territoriorum etiam bona voluntate. Hoc verumtamen interposito, Si quisquam deprehenderetur ob hos nepharios aliquot excessus, acquirj teneretur et deberet de antiquo nostro jure, nobis a nostris dominis marchionibus mortuis prestito clare memorie, cum probis viris et honestis, vtpota tribus militaribus uel quinque Burgenfibz Siue Septem villanis probis et irreprobatis. Vt autem huiusmodi Supra scripta Rata et illibata permaneant et ne quisquam eisdem presumat ausu temerario obuiare presentibus Sigilla promemorate ciuitatis Tanghermunde ac Strenuorum armigerorum scilicet henninghi de buch, Anselmi de Jerichowe sunt appensa in Sufficiens argumentum. Actum et datum in Stendal, Anno domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. XXI<sup>o</sup>., in die beati Thome Apostoli.

Nach dem Originale im Stadtarchive zu Salzwedel Fach 6, No. 7.

VII. Dieselben bekunden ihren Beitritt in besonderer Beziehung auf die rittermäßigen Eingeseffenen der Vogtei Arneburg und die Stadt Werben, am 21. Dezember 1321.

In Nomine domini Amen. Nos Militares in aduocatia Tanghermunde constituti, Scabini, Consules Totaque vniuersitas Burgenfium Ibidem in Tanghermunde coram omnibus presentia viris siue etiam auditoris Recognoscimus publice profitentes, Quod cum honestis Militaribus in aduocatia arnburch constitutis et Ciuitate werben, necnon Militaribus in Marchia et Ciuitate Stendal et Reliquis Ciuitatibus scilicet Saltwedel, Gardeleghe, Sehufen, Osterburch atque cum omnibus Militaribus Territoriis in iam dictis commorantibus compromissimus et nostris juramentis affirmauimus Sub hac forma et vniformiter concordantes, Quod Quicumque in hiis nunc prefixis Ciuitatibus Similiter et Territoriis per se vellet violenter esse iudex, Recufans et Rennuens nostra jura primordialia actenus vt exnunc et ab antiquo preconfervata, volens manu et Intendens semper Judicare violenta, videlicet Rapinis, Incendiis, Captiuitatibus Siue etiam aliis violenciis quibuscumque, debet esse proscriptus in Cunctis Territoriis iam quam sepius prenarratis, Ita quod ad compositionem vel gratiam non debeat Recipi, nisi fiat cum consensu prefixarum Ciuitatum necnon Territoriorum et bona voluntate, Hoc verumtamen interposito, Si quisquam deprehenderetur ob hos nepharios aliquos excessus, acquiri teneretur et deberet de antiquo nostro jure, nobis a nostris dominis marchionibus mortuis prestito clare memorie, cum probis viris et honestis, vtpota cum tribus militaribus vel quinque Burgenfibz Siue septem villanis probis et irreprobatis. Vt autem huiusmodi supra scripta Rata et Illibata permaneant et ne quisquam eisdem presumat ausu temerario obuiare, presentibus Sigilla prememorate Ciuitatis Tanghermunde ac Strenuorum armigerorum scilicet henninghi de buch, anselmi de Jerichowe Sunt appensa in Sufficiens argumentum. Actum et datum in Stendal, anno domini MCCCXXI. in die beati Thome apostoli.

Nach dem Originale im Besitz des Herausgebers.